dzieu Generosus Martinus Krasiczky Tribunus terrae Pre
mislien. A pallatibus terris dictibus omnibus iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis recedendo a foro Competenti renunciando
Huic vero iurisdictioni Castren. Premislien. se cum successoribus bonisque
suis omnibus quo ad actum praesentem attinet incorporando et subiiciendo
Sanus mente et corpore existens personaliter palam libere ac per expressum est
cognovit Quod A Generoso Kiliano Drohoiowsky Succamo
terrae Premislien. summam Duorum Millium et Centum florenorum
pecuniae bonae monetae et numi polonicalis in regno currentis debiti certi ipsi
per eum Coram officio et actis praesentibus Castren. Premislien. recognit. sol
uisque et reponi coram officio et actis praesentibus Castren. Premislien. pro
dicto festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime praesenti inscript.
ac in bonis ipsius haereditariis videlicet tota et integra villa Rakowa
eorumque attinen. assecurat. Prout eandem inscriptionem praemissam latius descrip
in se describit Complectitur totaliter et in effectu recepit ac manua
liter levavit, levatamque et receptam ad se tulit Ratione cuius sum
mae Duorum Millium et centum florenorum per receptionis et levationis
Eundem Generosum Kilianum Drohoiowsky et eius successores quietat
liberumque ac immunem facit et pronunciat temporibus perpetuis
Ipsumque inscriptionem in actis praesentibus Castren. Premislien. Contentam
sibi ac eadem super summam praenominata Duorum Millium et Centum
florenorum pecuniae servien. Cum omnibus eiusdem Conditionibus

punctis Clausulis et articulis ligamentibusque et nexu ac tota serie
eiusdem Cassat annihilat mortificat oblitterat temporibus perpetuis
sibi et suis posteris ratione praemissorum aeternum imponendo silentium
publica sua recognitione mediante Quod memoriali firmatum est

Drohoiowski tenet[2] Kraliczki

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren.
Premislien. Generosus Kilianus Drohoiowsky A Drohoiow
Succamus terrae Premislien. A pallatibus terris dictibus
Juribus Jurisditionibusque suis quibusvis propriis recedendo a foro
Competenti renunciando Huic vero iurisdictioni Castren. Premislien.
se cum successoribus bonisque suis haereditariis omnibus quo ad actum et
effectum publicis inscriptionis attinet incorporando et subiiciendo Sanus
mente et Corpore existens personaliter palam libere ac per expressum recognovit
Quia Generoso Martino Krasiczky de Sziecziyn Tribuno
terrae Premislien. et eius successoribus legittimis summam Duorum
Millium et Centum florenorum pecuniae bonae monetae et numi poloni
in regno currentis singulum florenum grossos triginta polonicales co
putando Certi veri liquidi mutui ac per se censuali debiti tenetur et est
debitus Quam quidem summam Duorum Millium et centum flore
pecuniae praenominatus Generosus Kilianus Drohoiowsky A Droho
iow se cum successoribus ac et super bonis suis omnibus haereditariis

802

et obligatorijs mobilibus et imobilibus summisque pecuniarijs pecu
ubivis locorum in Regno Poloniae habet et habere quicunque iuris
ditioni subiecta obligat et inscribit Memorato Generoso Marti
no Krasiczkij de Szyeczyn vel eius posteris sive pro die festi
Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime ventura in Castro Præmi
sliensi totaliter et plenarie dare persolvere, numerare relinquere re
alitereque et in effectu circa acta Castrensia Præmisliensia reponere et
repositam eius ab eodem officio non exfacto iubere nec arestare
Imo etiam asecurare et summam præfata ex integro Coram officio præ
reposita ad manus ipsius Krasiczkij vel successorum eius die qua
cunque voluerit perveniat, eamque tute et quiete sine gravibus procra
stinatione officij præsentis vel quarumlibet personarum Curiensis Con
ditionis existentes recipere posit eiusque Successores possint sub va
dio similis summae Duorum Millium et centum florenorum pecuniae nu
merati polonicalis In defectu solutionis summae eiusdem præsentibus pro
tempore supranominato solutionis assignat ad solvendum summam bene
iusque namque summam essentialem et capitale debitum mox eadem die solu
tionis assignat nullo dicto Curiensis Judicij aut officij accedente solummo
do virtute præsentibus inscriptionibus videlicet Quatuor Millium et Ducentorum
florenorum pecuniae monetae polonicalis Convertens In quaquidem summa essenti
simul cum vadio iuncto videlicet Quatuor Millium et Ducentorum
florenorum pecuniae monetae polonicalis præfatus Kilianus Drohoiowskij se
cum successoribus de bonis suis omnibus ferijs et oblorijs mobili
bus et Immobilibus nunc et in posterum ubivis habitis et habere.

inscribit et obligat Eidem Martino Krasiczkij et eius successoribus
realem intromissionem et actualem paramque possessionem In bona sua
hereditaria videlicet Totam et integram villam Rakowa Cum
omnibus earundem bonorum spectantibus et pertinentibus præmissa Ad quem
cunque et ceteris nobilibus tunc dum ad eandem acceptandam sive
Curiensis Judicij aut officij additione venerit daturum Libereque
et benivole admissurum nec eandem quovismodo præfectus bonigalis
quibus personis impediturum sub vadio simul essentialem
vadio iuncto Quatuor Millium et Ducentorum florenorum pecuniae
Per ipsum Martinum Krasiczkij eiusque successores bona præfata
videlicet Totam et integram villam Rakowa in summa prænominata
simul cum vadio iuncto Quatuor Millium et Ducentorum flo
renorum pecuniae monetae polonicalis tenendum habendum possidendum illibereque utendum
fruendum Cum omni iure dominio et proprietate omnibusque attinentiis
coherentibus pertinentibus fructibus censibus proventibus laboribus red
ditibus emolumentis obventionibus Sylvis Gajis mericis Indaginibus
agris cultis et incultis pratis prædijs pascuis, pascuarijs stagnis
Piscinis Rivis rivulis et eorum decursionibus ac omnibus quibus
utilitatibus quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus que nunc
sunt et in futurum humana industria excogitari possint, in longum
latum Circumferentialiterque et granitiebus ad granitiebus sicut
dictorum bonorum hereditatibus in suis metis et limitibus est di
stincta et delimitata signis metalibus ab alijs hereditatibus

eisdem bonis ex vicinitate adiacen. Consignata ita ac uti prout solus
ex antiquo dictus ab antecessoribus tenuit habuit et possidebat
eisque utebatur Nihil iuris dominii proprietatis aliquorum ususfru-
fructuum et utilitatum pro se suisque successoribus vel quopiam hominum
reservando et excipiendo nullis penitus exceptis et exclusis Sed omnibus
in genere et singulis in specie comprehensis a tempore acceptae possessionis
ad festum Nativitatis Christi domini tunc proximum Et inde sub
facta exemptionis summaeque ut praefertur Quatuor Millium et Ducen-
torum florenorum pecuniae monetae polonicae persolutionis extunc ad simile
aliud Nativitatis Christi domini festum proximum sicque a
Nativitate ad Nativitatem de anno in annum annis se continue
et immediate sequentibus usque ad exemptionem et summae praefatae plenariam
et omnimodam contentandam persolutionem Nulla praescriptione in praemissis
obstante Et post datam huiusmodi subrogationem ac actualem apprehensam
possessionem Idem recognoscens tubi et se cum successoribus de universis
suis in solidum bonis suis nunc habitis et in posterum habendis inscribit
et obligat eundem Martinum Krasiczky et successores eius
in dictis bonis ut praefertur omnibus ab omni impetitione iuridica et
extraiuridica quarumlibet personarum sexus status ac conditionis
Cuiuscunque existentium, omnibusque iniuriis privatis et publicis iuridicis
et extraiuridicis ac violentiis quibuscunque Tum Citationibus con-
Citationibus adcitationibus innotescentiis quibuscunque in dictis
bonis positis et ponendis, ac ab omnibus iuribus oneribus reem-

personalibus Inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis
vinculis obligationibus reformationibus advitalitatibusque
tam unitis quam divisis cuiuscunque personarum in quemcunque sensum
Coram quibuscunque actis factis et faciendis Necnon litibus pluribus
processibus damnis vadiis triplicatis ac processibus quibuscunque
Judiciariis in quemcunque sensum et in quocunque puncto ac gradu
iuris etiam in puncto baronionis dependendis in dictis bonis productis
et producendis intentatis et intentandis continuatisque et continuandis tu-
eri quos opus fuit Tueri deffendere evincere protegere intercedere eli-
berare ac bona huiusmodi semper tuta munda ac libera facere
nec in eisdem bonis tam vi quam iure iniuriari aut quovismodo
vra collere et arte possessionem pacificam tam per se quam per quasvis
submissas et non submissas personas tam in toto quam in minima
parte impedire et adimere sed eum ipsum semper in pacifica possessione
eiusdem tenere et indemnes illius successores reddere sub vadio
similis summae sub vadio videlicet Quatuor Millium et Ducen-
torum florenorum pecuniae ad solvendum vere emissis et de facto
succumbendi Nihilominus idem recognoscens se cum successoribus
de universis bonis suis mobilibus ac immobilibus nunc et in posterum
habitis et habendis inscribit et obligat ad manusque ipsius Mar-
tini Krasiczky et successorum eius submittit Jurisdictioni potentem ex se
actis Castren. ad acta terrae Praemislien. ad proximiores
ab hiis terminis Terrestribus Praemislien. hic Praemisliae celebran.

in hac vel meliori verborum forma prout necessitas exposcerit transferre et transportare similiterque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere Et circa transportationem inscriptionis praesentis Generosam Cristinam de Szulicow Consortem suam ultimam cum duobus amicis ipsius de linea paterna proximioribus ad consentiendum super inscriptionem praesentem quoad omnia ipsa aliis reformatoria et advitalitia data quovis eam in dictis bonis quovismodo concernentia spectat ad eadem acta terrestria Praemislien adducere et statuere sub vadio Duorum Millium Centum florenorum pecuniae monetae et numeri poloni In deffectu vero praemissorum omnium in inscriptione praesenti contentorum et descriptorum tam in toto quam in minima parte non executorum et non completorum per eundem Drobojowski et eius successores eidem Martino Krasiczki et successoribus ipsius ad solvendum irremissibiliter tenebuntur quod si opus fuerit succumbendo allegationibus quod non feci evadendum vadium faciam et facere me offero nec clausula neminem ad impossibilia teneri et obligari servando deferendum poena trium marcarum et triplici poena vadium et vadia praenominata non evadendum nulla praescriptione terrestri praemissis obstante Pro quibus quidem vadiis et vadiis et quamcumque rei et succumbentis et succumbendo eidem recognoscentis suaeque posteritatis quas se eidem Krasiczki ac eius successoribus citare promiserit tenebuntur a terris dictis cum suis palatinatibus foroque suis quibusvis recedendo Coram officiis Castrensibus Capitanealibus Leopolien vel

Praemislien cuius se actibus praesentibus respective cum successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus subicit semper in primo tanquam peremptorio actionis termino quem sibi et successoribus suis facit et constituit peremptorium stare ad parere ad loco rationis praeinsertis praeffato vadiis seu vadiis sine quovis strepitu condemnatione iudicii et iuramento corporali, ab illo officio ad quod tractus fuerit non recedendo ipsa et inscriptionem praeffatam tenebuntur quod opus fuerit satisfacere deinque et omne adiudicatum praesentibus lubet et successoribus si et inquantum in bona succedere vellent tenebuntur Ipsum primum terminum tanquam peremptorium et aliis subsequentibus causae et causarum terminis Nullam exquisitam nec colore excogitato neque iuris neque extraiudicii veram vel simplici infirmitatibus actione pro maiori bello expeditione bellica incursu hostium aura pestifera conventione generali vel particulari statutis et constitutionibus quibusvis novis vel antiquis laudatis et laudandis negotio Reipublicae et militari sacrae Maiestatis Regiae etiam extra regnum legatione absentia a regno interregno evocatione ab terra et dictis Regibus quibusvis et dictis Maiestatis Regiae minorennitate successorum, innovatione agrarum, fractione portarum ac aliis omnibus legalibus impedimentis in statutis communi de scriptis et non descriptis se non tutandum nec differendum poena trium et ter trium marcarum vadia seu vadiam non evadendum ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis eundem terminum munimenta quibus dictam non petendum nec eiusdem praemissis statuendum Con

actom conaltom adcitom titullum datam ferias positiom ex inscriptione pnti emanat totum processum judiciarium licet sit minus iuste obtent. nihil adversi dicendi pro mala actom et intempestiva eiusdem positione ignorantia actoris ante terminum dicique concitationis adcitationis quibusvis usque ad decisionem finalem Miniuis non statutione vel eius autentica ex aetatis quibusvis omanat deposita actione rellono se non opponendo malam lucro condemnatione malo processu iuris eandemque condemnationem lucri processumque judiciarium ignorantia et juramento corporali non evadendo ac dilatis quibusvis tam super accessorio quam principali negotio latis et factis nullas motiones cum applicationibus faciendo et interponendo nec ad prosequendo easdem tam judicem quam et partem adcitam, sed si aliqui defectus vel vitia tam in inscriptione pnti quam in processu judiciario adinventi vel deprehensi fuerint illi praefato Kiliano Drohoiowskiy vel posteris eius quicquam prodesse sicut et eidem Martino Krasiczkiy ac posteris eius nequicquam obesse poterint omnibus exceptionibus allegationibus controversiis tam super accessorio quam principali negotio fiendo quibusque ob defectum inscriptionis pntis pro iuris practicam et humani generis includi excogitari poterunt ita quod expressa specialitas non debet derogare generalitati et e converso his omnibus sufficienter abdicando quasi omnibus prescriptionibus suspensionibus fatalibus iuris prorogationibus protestationibus modis viis collorationibus diffugiis cautellis

dillationibus iuribusque et facti remediis quotquot solum sint et de iure consuetudineque observari dari solit abrenuncianti quibus vel sibi penitus in auxilium contra inscriptionem pntem eiusque defectum recipiendo sed quicquid sibi posteritate suis in auxilium contra premissa recipere vellet et vellent id totum irritum et inane censeri debet, nec per officium ad quod citabitur vel per partem animadvertetur, sed simpliciter et de plano officium illud quarumque sit sive iuridicum sive non lucrum et satisfactionem in eode termino iuridice parte acclamata decernere super eodem et bonis eius debet vigore statuti... Quinimo liberum erit eidem Creditori suo et eius successoribus processum iuris occasione suprascriptorum omnium tam in toto quam in parte non complet ipsi Drohoiowskiy et eius successoribus intentat in eodem officio ubi incipiet et remissione pro exequtione plurorum ad loci Capitaneum obtinet usque ad praeclum bannitionis terminare et in eodem dictum bannire, obtentaque bannitione in acta aliorum districtuum ubi bona eiusdem Drohoiowskiy consistunt ad aliis bannitionibus inscribere Quo dicto bannitionis Capitanei illorum districtuum ubi bona eiusdem Drohoiowskiy consistit viso tenebuntur exequtionem ultimam vigore statutorum Regni super ipso Drohoiowskiy successoribus bonisque eius omnibus dabit et dabeni facere et exequi ipsique parti cu..

renuncerit et successoribus bona praefata propria tradere Quibus quidem omnibus in praesenti inscriptione content. idem recognoscens se cum successoribus de bonis suis omnibus inscribit non contradicere Imo dum ratione successorum non complet ad banniendum cum suis successoribus cultus fuit Nulla remedia iuris cum processu iudiciarium in locum dicendi sibi suisque successoribus relinquit sublationem bannitionis apud Sacram Maiestatem Regiam non expediendi nec ad illam publicam adeundi Imo ad praemissa omnia suprascripta sic in praesenti inscriptione content. et descript. spontanee consensit ac omnibus inscriptionibus praesentibus in se successores suos ac bona sua omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia in quibuscunque terris et districtibus regni Poloniae consistentia nunc habit et habendi possidenda et possidendi laeto animo suscipit et assumit, a quo onere ipse solus successoresque eius ac bona eius suprascripta non erit nec erunt liberi et absoluti, donec inscriptioni praesenti in toto et in omni ma parte satisfactum erit cui vadiis et pluribus supranominat. solutis satisfacere tub quis opus fuit tibi et successores eius tenebuntur Et hoc a iure communi regni statutisque et constitutionibus eiusdem recedendo Iuribusque privat. in se successores ac bona sua omnia suprascripta assumendo et subiciendo inscriptionis praesentis rigore Nulla in praemissis omnibus praescriptione terrestri obstante.

Quod memoriali firmatum est.

Liszakowski tenet. Chmielieczki

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. Generosus Christophorus Liszakowsky A palatinalibus terrestribus districtualibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis recedendo ac foro competenti renunciando, Huic vero iurisdictioni Castren. Praemislien. se cum successoribus bonisque suis omnibus sortiis quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando et subiciendo sanus mente et corpore existens publice palam libere ac per expressum recognovit Quia Nobili Joanni Chmieliecsky Advocatiae in villa Dembno Sac. Maiestatis Regiae ad Capitaneatum Liezaiscensem pertinente Tenutae Gnosi Balthazari Lubomirsky Siradien. Liezaiscensisque Capitaneo tenutario seu alio quovismodo possessori et eius posteris summam Ducentorum florenorum pecuniae in quemlibet florenum triginta grossos polonic. computando ratione liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur et est debitus Quam quidem summam praescriptam Ducentorum florenorum pecuniae monetae et numi poloni se cum successoribus utriusque bonis suis omnibus sortiis obligat et inscribit Eidem Joanni Chmieliecsky vel eius posteris sine pro die et festo Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturo In Castro Praemislien. Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. totaliter et plenarie